Pſal. Precioſa id eſt precio plena eſt in
conſpectu domini mors ſanctoꝝ eius.
¶ Quarto oſtendit qᷓles fuerūt in operi-
bus ſuis cū dicitur. Opati ſunt iuſticiā.
id eſt opa meritoria ꝑ que iuſte regnū ce-
loꝝ ſibi acquiſierunt Math. iij. Penitē-
tiam agite. appropinquat ⁊c. Quantū eñ
hic quis appropinquat deo per opa pn̄ie.
tantū deus ſibi appropinquat per collatio
nem gratie ⁊ glorie. Pax appropinqua-
bat qui dicebat Luc. xviij. Ieiuno bis in
ſabbato. Ideo parū ſibi appropinquauit
deus. qꝛ iuſtificatus non fuit. nihil appro
pinquat qui dicebat Luce. xvj. Anima ha
bes multa bona. comede bibe epulare ⁊c.
Ideo deus nihil ſibi appropinquauit. qꝛ
ſue domui ſalus facta non fuit Valde ap
ꝓpinq̄babant qui dicebant math. xix. Ec
ce nos reliquimus omnia ⁊c. Ideo deus
valde appropinquauit eis. quia iudices
mundi eos fecit ¶ Quinto oſtendit qua-
les fuerunt in ſuis premijs cum dr̄. adep
ti ſunt repromiſſiones. Olim namqꝫ fie-
bat ꝓmiſſio tribus modis. Aliqñ ſe mu-
tuo oſculando. aliquando manum ad ma
num applicando. aliquando rem aliquam
porrigendo. Sic xp̄s vitam beataꝫ nobis
daturꝰ ꝓmiſit. ſcꝫ oſculando quod fuit in
incarnatione vbi facta fuit dulcis vnio na
ture diuine cū natura humana. Can. viij
Quis mihi det te fratrem meū. id eſt vt tu
qui es dn̄s meus efficiaris ⁊ frater meus
ſugentē vbera matris mee. i. vt tu qui es
in ſinu patris mei efficiaris ꝑuulus in ſi-
nu matris. vt inueniam te foris. i. tu qui
habitas ſemꝑ in celis viſibilis inuenia-
ris in terris. ⁊ deoſculer te. i. dulcem vnio
nem nature tue cum mea natura humana
percipiam. ⁊ iam nemo me deſpiciet. nec
deus ſed me ſibi reconciliabit. nec angelꝰ.
ſed in magna reuerentia habebit. nec dya
bolus ſed me valde timebit. Promiſit e-
tiam manibꝫ manus ſuas cruci applican
do. Abacuc. iij. Cornua ſcꝫ crucis in ma-
nibus eius. Promiſit inſuper ſpiritū ſan
ctum nobis dando. pri. ad Coꝛ. v. Dedit
nobis pignus ſp̄us.

## ¶ De ſanctis Coſma ⁊ Damiano.
## Sermo primus.

MEdici ſuſcita-
bunt ⁊ ꝯfitebunt tibi. p̄s Iſta
verba que ꝑplexa videt poſu-
iſſe interrogatiue ⁊ negatiue poſſunt expo
ni de iſtis ſanctis martiribꝫ ſcꝫ Coſma et
Damiano remiſſiue. ⁊ affirmatiue. Ipſi
namqꝫ fuerunt medici corpoꝝ ⁊ animaꝝ.
⁊ multos a diuerſis languoribꝫ reſuſcita
bant. ideo dr̄. Medici ſuſcitabunt. ⁊ hoc
nō ſibi ſed deo attribuebant. ideo dr̄. ⁊ ꝯfi
¶ tebunt tibi. De iſtis aūt ſanctis medicis
quatuoꝛ videnda ſunt. Primo quales
fuerunt quantū ad ꝓgeniem Fuerunt eñ
quinqꝫ fratres ꝓ chriſti noīe paſſi. Sed
eccleſia de duobꝫ principalibꝫ ſolemnizat
Felix fuit talis fraternitas. qꝛ fuit a parē
tibus religioſis ꝓgenita. Bonitas eñ pa
rentū ſepe eſt cauſa multaꝝ in filijs boni-
tatum. Criſoſto. ſup Math. Vxorem ac
cipere volentibꝫ dat documentuꝫ. ꝙ ſi am
bo parentes ipſius puelle boni ſunt. ſecu
re accipiat. ſi vero ambo mali omnino re-
fugiat. ſi alter bonus ſit. alter malus quid
tunc facturus ſit timeat. veruntamē ſi pa
ter eſt bonus ⁊ mater eſt mala magis de-
bet timere. ſi auteꝫ econuerſo minus time
re debet. Eſt ⁊ iſta fraternitas felicior. qꝛ
fuit martirio coronata. qꝛ pati ꝓ chriſto ē
beatitudo magna. Math. v. Beati qui ꝑ
ſecutōem patiunt ꝓpter iuſticiam. Iſtam
aūt beatitudineꝫ paſſionis nos habere nō
poſſumus triplici de cauſa. vt dicit orige
nes. Vna ex ꝑte noſtri. qꝛ tantam gratiaꝫ
non meremur vt ꝓ xp̄o pati digni ſimus
Alia ex ꝑte dyaboli qꝛ ſciens ꝑ martiriū
nos ꝯſequi remiſſionē peccatoꝝ ⁊ ad reg-
nū ꝑuenire celoꝝ nobis ꝑſtat impedimētū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tercia eſt ex parte dei qui ſciēs noſtram
infirmitatem nobis miſericorditer ꝯdeſ/
cendit. Iſtā autē beatitudinem paſſionis
iſti martyres habuerunt. qꝛ ⁊ deus illos
dignos fecit ⁊ ꝯſtantiam tribuit ⁊ diabo/
lus eos impedire non potuit. Eſt etiā iſta
fraternitas feliciſſima qꝛ ad celeſtem glo/
riā eſt aſſumpta. Felices igit̄ illi qui hos
quinqȝ martyres habere merent̄ in patro
nos ſpūales. Eccle. iiij. Melius ē duos
eſſe ſimul q̄ȝ vnū. ſi enim vnus vel duo
ſancti ſic a peccato reuocant. ſic a diaboli
temptationibꝫ ꝯſeruant. ſic in dei amore
inflāmant. quid facerent ſi quinqȝ eſſent.
¶ Scdo videndū eſt quales fuerint q̄ȝtum
ad artē. ipſi enī fuerūt medici qꝛ ſanabāt
cōiter. qꝛ omnibꝫ tam magnis q̄ȝ paruis
tam diuitibꝫ q̄ȝ paupibꝫ ⁊ etiā brutis ani
malibꝫ ſanitatis bn̄ficia impēdebāt. Sa
nabant liberaliter qꝛ nihil ab aliquo acci/
piebāt Mat. x. Gratis accepiſtis gratis
date. Sanabāt mirabiliter. qꝛ mirabilis
fuit eoꝝ curatio ꝙ habenti crus putridū.
crus aliud inſeruerūt Sanabant integra
liter a corpibꝫ morbos pellendo et aīabꝫ
peccatoꝝ veniā impetrando. ¶ Tercio vidē
dum eſt quales fuerunt q̄ȝtū ad paſſionē
Eorū namqȝ paſſio fuit glorioſa qꝛ inſtar
chriſti fuerunt crucifixi. Eccle. xxiij. Ma/
gna ē gloria ſequi dn̄m. Fuit miraculoſa
qꝛ ſagitte ī ſuos redibāt actores. fuit fruc
toſa. qꝛ fructū centeſimū habuerūt Lu. viij
Qui aūt in terrā bonā. ſunt hi qui ī corde
bono ⁊ optimo audientes verbū retinent
⁊ fructū afferunt in paciencia. Habuerūt
enī cor pacificū qꝛ paſſi ſunt patiēter. cor
beniuolum qꝛ paſſi ſunt libenter. cor opti/
mū qꝛ paſſi ſunt gaudēter. fuit victorioſa
qꝛ vicerūt in omnibꝫ elemētis. ſ. in terra.
qꝛ in manibus ⁊ in pedibꝫ fuerūt torti. in
aqua qꝛ in mare precipitati. in aere qꝛ in
eculeo ſuſpenſi. in igne qꝛ in ignē ꝓiecti.
¶ Quarto videndū eſt quales fuerūt q̄ȝtū
ad noſtrā ſubuentionē. ipſi enī ſubuenīūt
tribulatis. ſicut p̄ȝ in illo in quē ſerpens
intrauerat. defendūt ab oppreſſione demo
nis. ſicut p̄ȝ in illo qui vxorem ſuam eis
recōmendauerat. diligentem curaȝ h̄nt de
ſuis deuotis. ſicut p̄ȝ de cuſtode eccleſie
ſue. cuius crus marcidum erat. ſeuerā vl
tionē inferūt mal̄. ſicut p̄ȝ q̄n demonibꝫ
preceperūt vt tyrannū ꝑcuterēt. miſericor
diā impendūt penitentibꝫ ⁊ humiliātibꝫ
ſe. ſicut p̄ȝ qꝛ cum predictus tyrānus pe
niteret mox ab eo demōes auerterūt Job
xxxix. Nū quid illudes ei quaſi aui Auis
enī domeſtica q̄n emittit̄ recedit ⁊ q̄n re/
uocat̄ redit. Sic ⁊ iſti martyres vidētur
habere in ptāte ſua demones q̄ſi aues. qꝛ
q̄n eos emittunt ad maloꝝ vindictā exer
cendaȝ ſtatim obediunt q̄n eos reuocant
ꝓntius obſequūtur.

¶ De eiſdem Sermo. ij.

Ecce q̄ȝ bonū ⁊ q̄ȝ iocundum ha
bitare frēs in vnum. Pſal. Iſti
ſancti martires. ſ. Coſmas ⁊ da
mianus fuerunt frēs non tm̄ carne ſȝ etiā
fide ⁊ paſſione. Habitauerūt aūt in vnū
¶ ſex modis. Primo q̄ȝtum ad idem domi
ciliū vbi habitauerūt pacifice ⁊ ꝯcorditer
Eccēs. iiij. Melius ē duos eſſe ſimul q̄ȝ
vnū ⁊c̄. Quatuor nāqȝ ſunt genera hoim
qui libenter ſocios habere volunt. ſcȝ ne/
gociantes qui adinuicem emolumenta ac
quirunt. Ideo dr̄ habent emolumentū ſo/
cietatis ſue. Itinerantes qꝛ auxilium mu
tuo ſibi prebent. Ideo dicitur Si vnꝰ ce/
ciderit ab alio fulcietur. Preliantes qꝛ ſil
hoſtibꝫ reſiſtunt. Ideo dicit̄ Si quiſpiā
preualuerit contra vnum duo reſiſtent ei
Dormientes quia tempore frigoris mu/
tuo a ſe frigus expellunt. Ideo ſubditur.
Si dormierint duo fouebunt̄ mutuo ⁊c̄.
Serui igitur dei ſunt negociatores dei. ⁊
ideo libenter inſimul cōmorant̄ qꝛ vnus
ab alio acquirit humilitatem ⁊ caſtitatem
⁊c̄. Sunt itinerantes. i. ad celeſtē patriaȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

feſtinantes. ⁊ ideo ſi vnus cadit alij ſuis
orationibꝰ ⁊ exhortationibꝰ eum ſubleua-
re feſtinant. Sunt preliatores ⁊ ideo ꝯtra
demones fortius inualeſcunt qui tamē ſin-
gulare certamen deſiderant. Sunt dormi
entes. i. in lecto ꝯtemplacōnis quieſcētes
⁊ ideo qn̄ ſunt plures inuicē ſe inflāmant
Scdo inſimul hitabant q̄tum ad eundē
mentis affectū. Sed multi religioſi ſunt
inſimul habitantes non more hoīm ſed fe
rarū. Fere enim ad inuicē pugnant aut ꝓp
ter cibū. aut ꝓpter domiciliū. aut qn̄ a libi-
dine ꝯcitantur. Sic etiā multi ſunt inuicē
ꝯtendentes. aut ſcꝫ ꝓpter cibum q: non de
licioſe paſcunt̄. aut ꝓpter domiciliū ſcꝫ qn̄
in magnis domibꝰ collocant̄. aut ꝓpter li
bidinem dn̄andi. q: ad magnas prelatio-
nes non ꝓmouent̄. Religioſi ergo ſicut in
uicē iuncti ſunt corpe. ita debent vniri mē
tis dilectione. Jungit eñ ipſa religio hoī
nes diuerſarū ꝯplexionū Jſa. xj. Habita-
bit lupus cū agno. ⁊ pardus cū hedo accu
babit. Quidā enim inſtar lupi vident̄ na-
turaliter eſſe feroces. quidā inſtar agni na
turaliter mites. quidā inſtar pardi natura
liter aſtuti quidā inſtar hedi naturaliter in
quieti. Sed iſtas diuerſas ꝯplexiones a-
mor dei debet vnire. Coniungit etiam hoī
nes diuerſarū ꝓuinciarū ⁊ diuerſarū ꝯditio
num. Jſa. lxv. Lupus ⁊ agnus paſcent̄
ſimul. leo ⁊ bos comedent paleas. Siue
enim ſint multum apparentes vt lupi ſiue
parū vt agni. ſiue nobiles inſtar leonum. ſi
ue ignobiles inſtar boum. omnes debent
vti eorundē genere ciborū. Coniungit eti-
am hoīes diuerſarū etatum Jſa. xj. Vitu-
lus leo ⁊ ouis ſimul morabunt̄. ⁊ puer ꝑ
uulus minabit eos. Per vitulum intelli
gunt̄ iuniores Per ouē que habet balatū
obſcurū ſeniores. ⁊ ꝑ leonem robuſti ⁊ for
tes. Jſti ſepe in vna domo pacifice ꝯmorā
tur. ⁊ prelatus iuuenis eis preficit̄ Ter
cio habitauerunt ſimul quantū ad idē of
ficium. Fuerunt eñ medici non tamē corpo
rum ſed etiam animarū quas quidē ſana-
bant inducendo eas ad ꝯtritionem ꝯfeſſio
nem. ⁊ ad ſatiſfactōnem. Sanant̄ quidem
aīe ad inſtar corporis. aliqn̄ per amare me
dicine ſumptōem. iſta eſt ꝯtritio Jſa. xxiiij
Amara erit potio bibentibꝰ eam. Aliqn̄ ꝑ
vomitū ⁊ reiectōem. iſta eſt ꝯfeſſio. Pro-
uer. xxx. Verba ꝯgregantis filij vomentis
Aliqn̄ vero per ſudorē vel minutōem. ⁊ di
etam. per que intelligunt̄ tres ptes ſatiſfa
ctionis. ſcꝫ orō. elemoſina ⁊ ieiunium. nā
oratio lacrimoſa intelligitur per ſudorem.
Eccleſ. xxxiij. Pungens oculum dedu-
cit lacrimas. Elemoſina vero intelligitur
per minutōem. Qui enim ſuperflua habet
debet de ipſis diminuere ⁊ dare pauperibꝰ
Luce. xj Quod ſupereſt date pauperibus
⁊c̄. Jeiunium vero intelligit̄ per dietam ꝑ
quod dyabolus expellitur de corde. ſicut
lupus de nemore. Mathei. xvij. Hoc ge
nus demoniorum non eijcitur niſi oratio-
ne ⁊ ieiunio Quarto habitauerunt in v
num quantum ad eandem fidem. Fides
enim coniungit hoīem deo. Jdeo cin-
ctorium appellatur. Jſaye. xj. Fides cin-
ctorium renum eius. Hominem homini
Eccleſiaſtici. xxvij. Diligite proximum ⁊
iungite fidem cum illo. Hominem ſibi ꝓp
ri. Euiſdem. xxv. Fides autem inicium ad
ꝯglutinandum eſt ei Quinto habitaue
runt in vnum quantū ad eandem operati
onem. Omnes enim operabantur prop-
ter eundem finem. ſcilicet propter deum.
Deus enim eſt finis omnium deſiderio-
rum. quia eſt ſumma bonitas. Prouerbi
orum vndecimo. Deſiderium iuſtorum
omne bonum. omnium cogitationum. q:
ſumma veritas eſt. Johannis. xiiij. Ego
ſum via. veritas ⁊ vita. Omnium amo-
rum. quia eſt ſumma ſuauitas. Eccleſia-
ſtici. xxiiij. Spiritus meus ſuper mel dul
cis. Omnium operum. quia ſumma tran
quillitas eſt Sap. xij. Tu autē dominator
virtutis cum tranquillitate iudicas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sexto habitauerunt in vnum quantum ad eandem paſſionem. Omnes em̄ paſſiones quas alij ſancti habuerūt ꝑticulariter. iſti ſcti videnť habuiſſe vniuerſaliter Fuerunt em̄ in mari merſi inſtar clementis In igne proiecti inſtar laurentij. in eculeo torti inſtar vincencij. crucifixi inſtar petri. lapidati inſtar ſtephani. ſagittati inſtar ſebaſtiani. ⁊ decapitati ad inſtar beati pauli Et ideo poterāt dicere cum ꝓpheta Oēs fluctus tuos induxiſti ſup me.

¶ De ſancto Michaele archangelo. Sermo primus

Gaudiuȝ erit angelis dei ſup vno peccatore penitentiam agente Luc. duodecimo capi. Si angeli gaudent de noſtra ꝯuerſione ⁊ nos gaudere debem⁹ de eoꝝ glorificatōe. Et ſi de nobis faciūt feſtuȝ in celis ⁊ nos debemus de ipſis facere feſtum in terris. Et ideo quatuor ſolēnitates de ipſis angelis celebranť.

¶ Prima hodierna die celebrať que ortum habuit ex quadā eccľia quā in mōte gargano michael edificauit. ⁊ ſe loci illius cuſtodem eſſe aſſeruit. Ex quo dať intelligi ꝙ angeli ſunt cuſtodes omniū animaꝝ. Jero. Magna dignitas animaꝝ vt vnaqueqꝫ angeluȝ habeat ad ſui cuſtodiam deputatum. Dať em̄ angelus cuilibet in quintuplici ſtatu in quo eſt ei cuſtodia eius neceſſaria. Primo nato in vtero ne a diaboli malicia necaretur. Secundo egreſſo de vtero ne a baptiſmi gratia a diabolo impediretť. Job. iij. cap̄. Quare nō in vulua mortuus ſum egreſſus de vtero non ſtatim perij. Tercio viuenti in mundo ne ad peccata plurima ꝓtraheretur. Unde poſtqꝫ ꝓpheta dixit. Angelis ſuis mandauit de te. ſtatim ſubiungit. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum am. ⁊c̄. Per aſpidem que aurem in terra figit intelligiť auaricia. Per baſiliſcum que hȝ viſum venenoſum intelligiť luxuria que aſpectib⁹ inflāmať. per leonem intelligiť ſupbia. per draconeȝ qui caudā inuoluit intelligiť cōſuetudo praua. Quarto exeunte de mūdo ꝑ mortem ne de fide tēptetť vel in deſperatōnem ꝓtrahať. vel a ꝯfeſſione impediať. Geñ. iij. Tu inſidiaberis calcaneo eius. Quos enim diabolus nō poteſt decipe in iuuētute que ē prima ps hominis nec in ſenectute que eſt quaſi ſecūda ps hoīs hos decipere nitiť in morte que eſt quaſi calcaneū ⁊ vltima ps hoīs Quinto poſt mortē In via em̄ quam aīa eſt tunc factura ſunt laquei poſiti a quib⁹ angelus hoīem ꝓtegit. Pſal. In via hac qua ambu. abſcon. ſu. la. mi. Judith. xiij. Uiuit dñs q2 cuſtodiuit me āgelus eius ⁊ hinc euntē ⁊ ibi cōmorantē. ⁊ inde huc reuertenteȝ. Angelus em̄ cuſtodit animā huc venientē ꝑ natiuitatem in vtero ⁊ ex vtero ⁊ ibi ꝯmorantē ⁊ viuentē in mūdo ⁊ hinc reuertentē. i. ad celeſtē patriā redeuntē ſiue dum eſt in morte ſiue dū vadit poſt mortē.

¶ Scda ſolēnitas fit. xvij. kal. nouembris in loco qui tūba dr̄ vbi angelus michael epō apparens eccleſiam ſibi edificari ꝓcepit. Ex quo dať intelligi ꝙ angeli libenter cum hoīb⁹ ſocietatem hñt qui totiens in terris volunt habere habitatōnē. hoc ſignificatū eſt in āgelis quos ſalomon fecit fieri in ꝓpiciatorio tēpli. de quib⁹ quatuor leguntť. ꝙ erant de lignis oliuaꝝ. ꝙ tenebant alas expāſas. ꝙ habebāt pedes obliquos ⁊ eleuatos q̄ſi ad iubilandū ꝑatos. ⁊ ꝙ vſis vultib⁹ mutuo ſe reſpiciebāt. Olim angeli videbāť eſſe ferrei. i. incōpaſſibiles ⁊ duri. ſed mō ſunt ď lignis oliuaꝝ. i. miſericordes ⁊ pij Olim inuite ad hoīes veniebāt. ⁊ iō tenebant alas ſuas dimiſſas. ſed mō cito ad nos veniūt ⁊ iō alas expanſas hñt. Olī ſoli deum laudabāt. ſed mō in laudando aſſociant ſe hominib⁹ Pſal. Preuenerūt principes cōiuncti pſallentib⁹ ⁊c̄. Olim naturā noſtrā infirmā deſpiciebāt. ſed mō

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf